Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi Archiepiscopi Pragensis

Balbín, Bohuslav

Pragæ, 1664

Catalogus Authorum Ex quibus præsens Opus est confectum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42763

Visual Library

CATALOGUS AUTHORUM

Ex quibus præſens Opus eſt confectum.

Cæſaris Baronij Cardinalis, Annales Eccleſiaſtici.

Odorici Raynaldi Annales Eccleſiaſtici (præcipuè Tomus XVI.) non ita pridem Romæ editi, & pro genuina, & probatiſſima Baronij continuatione agniti, ex quibus plurima de ARNESTO deſcripſi.

SCRIPTORES NOSTRÆ SOCIETATIS.

Roberti Cardin. Bellarmini è Soc. JESU Catalogus Scriptorum Eccleſiaſticorũ.

Petri Ribadeneyra Catalogus Scriptorum Soc. JESU.

Nicolai Serarij res Moguntinæ.

Andreæ Brunneri Annales Boici.

Matthæi Raderi Bavaria Sancta.

Gaulterij Chronologia.

Julij Solymani Orationes duæ de Ingenio Bohemorum Pragæ editæ.

Joannis Euſebij Nierembergij Diſſertationes Epiſtolicæ. Epiſtola XIII. quæ tota eſt de VEN. ARNESTO Pragenſi Archiepiſcopo.

Alberti Chanowsky Veſtigium Bohemiæ Piæ.

SCRIPTORES BOHEMIÆ.

Æneæ Sylvij ſeu Pij II. Pontificis Hiſtoria Bohemorum. Ejuſdem Notæ in vitam Alfonſi Magni, Regis Arragonum à Panormitano editam.

Vita Caroli IV. ab ipſo Imperatore ac Rege Bohemiæ conſcripta.

Coſmæ Decani Eccleſiæ Pragenſis Hiſtoriæ Bohemorum Libri duo ad ſua uſq; tempora, id eſt ad Annum D. 1086. deductæ.

Petri de Zittavia Abbatis Aulæ Regiæ Chronicon; floruit ſub Joanne Bohemiæ Rege, fuitque Eliſabethæ Reginæ Matri Caroli IV. à Sacris ante A. 1330.

Georgij Bertholdi Pontani à Breitenberg Præpoſiti Metropolitanæ Eccleſiæ Pragenſis, *Bohemia Pia Libri VII.* ex editione Hanovienſi.

Joannis Dubravij Epiſcopi Olomucenſis, Viri Legationibus Imperatorijs clariſſimi Hiſtoria Bohemiæ (ex Edit. Hanov.) quam dedicavit Joannes Crato, Maximiliani Cæſaris Sereniſſimis filijs Rudolfo, &c.

Notæ in Joannem Dubravium Joannis Cratonis à Craftheim V. Cl. & apud Maximilianum Cæſ. Medici Cubicul.

Hos omnes ſeptem rerum Bohemicarum Scriptores (quos modò attuli) ab erudita manu Marquardi Freheri editos habemus.

Martini Cutheni Veteris Urbis Pragenſis Syndici, Viri cum primis docti, quædam Analecta hiſtoriæ Bohemicæ edita Pragæ A. 1539.

Bohuslai Baronis de Lobkovicz deſignati Epiſcopi Olomucenſis Opera.

Hieronymi Balbi J. Conſ. Itali Elegiæ de Bohemia.

Wenceslai Hagek Canonici Metropolit. Eccleſiæ Pragenſis Hiſtoria Bohemiæ à Conſiſtorio Archiepiſcopali approbata, & Ferdinando I. Cæſari dedicata.

Procopij Lupacij Ephemerides Bohemiæ liber accuratiſſimus.

Joannis Cochlæi Canonici Wratislavienſis, &c. Hiſtoria Huſſitarum ſummâ fide conſcripta.

Danie-

Danielis Adami Weleslavini, quo avorum memoriâ nemo Patriæ hiſtoriæ ſcientior fuiſſe dicitur, Calendarium hiſtoricum Bohemiæ.
Joannis Hauguicij Baronis, Vita Dubravij Epiſcopi Olomucenſis.
Auguſtini Moravi J. U. Doct. Catalogus Epiſcoporum Olomucenſium.
Martini Borek Wratislavienſis Sileſij Hiſtoria Bohemiæ.
Bartholomæi Paprocij Equitis Poloni & Catholici, Diadochus, Stemmatographia Bohemiæ, Civitates Bohemiæ. Item ejuſdem Speculū Moraviæ, aliáq; Opera, quæ xxx. annis elaboravit, & Rudolfo II. Cæſari dedicavit.
Giczinsky Programmata Academiæ Pragenſis, quæ ſcilicet in ea Academia publicè dicta ac propoſita fuêre.
Joannis Campani Wodnianenſis V. Cl. Theſes hiſtor: & Polit: de Regno Boh.
Zalansky Vita Joan. Hus Hæreſiarchæ &c.
Apologia II. Ordinum Evangelicorum Regni Bohemiæ.
Hiſtoria Monaſterij Sedleczenſis Ordin: Ciſterc: quæ pleraque Geſta in Bohemia uſque ad noſtra tempora continet.
Pauli Stransky diligentiſſimi Scriptoris Reſpublica Bojemiæ edita Lugduni Batavorum, cujus diverſæ Editiones.
Synodus Ven. Arnesti edita à Georgio Bertholdo Pontano (de quo ſuprà), & Joanni Ferrerio Nuntio Apoſtolico ad Cæſ. Rudolfum dedicata.

Sequuntur, qui de rebus Bohemiæ non ex profeſſo, ſed ob viciniam, aut per occaſionem ſcripſerunt, quorum authoritate nitor, quíque in hiſtoria præſenti citantur.

Hiſtoria Sileſiæ Joachimi Curæi.
Jacobi Schickfuſij hiſtoria Sileſiæ.
Ælurij Glaciographia, ſeu deſcriptio accuratiſſima Glacenſis Comitatûs Bohemiæ.
Miechovij, Decij, & Cromeri Hiſtoria Polonica.
Nicolai Henelij Sileſiographia.
Alberti Crantzij (quem laudat Bellarminus) Vandalia.
M. Velſeri V. Cl. Annales Boici.
Miſnica G. Fabricij. Ejuſdem Supplementum in Siffridum Miſnenſem Presbyterum.
Bucellini Ord: S. Bened. Nucleus hiſtor.
Gaſparis Dornavij Princeps Juventutis.
Rebdorffij Annales, & Jacobi Philippi Bergomatis Chronicon.
Trithemij Abbatis Chronicon Hirſaugienſe.
Liber Torneamentorum Romani Imperij ante C. annos editus Francofurti.
Vitæ Sum. Pontificum Platinæ, Onuphrij, Ciacconi.
Laurentij Schraderi Monumenta Italiæ.
Georgij Draudij Commentaria in Solinum. Ejuſdem Centones.
Atlas Ger. Mercatoris; Tabulæ Geographicæ Bertij & Aretini.
Beſoldi Synopſis hiſtorica, & alia ejuſdem Viri Clariſſimi Opera.
Franciſci Baronis de Sprinzenſtein Facies Romani Imperij Ferdinando III. Rom. Imp. conſecrata.
Chriſtiani Erdtmanni Liber de Veteri Pietate Noribergenſi. Item de SS. Reliquijs Noribergenſ. ad Cæſ. Ferd. II.
Anſelmi Boëtij libri II. de Gemmis & lapidibus Orientalibus & Bohemicis ad Cæſ. Rudolfum II.

MANU-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duplex Manuſcriptum Exemplar Vitæ Ven. Arnesti, idque diverſum; utrumque ab æquali temporum illorum: prius illud à Wilhelmo ab Hazmburg Decano Collegiatæ Eccleſiæ Wiſſehradenſis, Viro nobiliſſimo & Legationibus ad Pontifices notiſſimo, ac inſuper Ven. Arnesti diſcipulo ſcriptū; poſterius ab Joanne I. Præpoſito Glacenſi Can. Reg. S. Auguſtini, concinnatum. Primum inter Manuſcriptos Codices Crumlovienſis Bibliothecæ nuper inveni; hoc pridem è Trebonenſi & Glacenſi Bibliotheca depromtum, typis editum, præfixum Mariali, ac Ferdinando III. Cæſari dedicatum eſt à Collegio Soc. Jesu Pragenſi.

Bullæ Summorum Pontificum, & Privilegia S. Eccleſiæ Pragenſis ex Originalibus ipſis deſcripta, quorum aliqua Pontanus edidit.

Mariale Arnesti I. Archiepiſcopi Pragenſis M. S. Codex pervetuſtus.

Viſio ejuſdem Arneſti deſcripta ex Codicibus Bibliothecæ Crumlovienſis, Trebonenſis, & Glacenſis.

Archivum Præpoſituræ Glacenſis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, in quo continentur Originalia ad Ven. Arnestum ſpectantia, ùt Teſtamentum Arnesti de Scara Patris ejus &c. Fundatoriæ Originales Cœnobij Glacenſis & alia ab Arnesto, quædam etiam propria ejus manu ſcripta; Faſciculus ſatis magnus litterarum Authenticarum Caroli IV. Cæſaris. Litteræ item Cæſarum, Regum, ac Principum plurimorum, ùt Wenceslai, Sigiſmundi, Alberti, Wladislai, Ferdinandi I. &c. Ducum Münſterbergenſium, Henrici Sileſiæ Ducis, &c. imò & litteræ S. Concilij Baſileenſis, &c. omnia in membranis, & (ùt dixi) Originalia. Ibidem eſt Chronicon valde inſigne Michaëlis de Niſſa Præpoſiti vetuſto ſcripturæ genere, quo hiſtoriam Monaſterij complexus eſt ab A. 1350. uſq; ad tempora Regis Wladislai, pervenitque ad Annum 1488.

Archivum Templi Glacenſis Parochialis, quod continet Veteres Fundationes & Donationes Altarium, atque illam ab Arnesto Miſſæ de B. Virgine quotidie canendæ, &c. Item conventiones Originales Catholicorum & hæreticorum in Comitatu Glacenſi, aliáque his ſimilia.

Archivum Collegij Societatis, quod continet plurima Originalia ſcripta Pontificum, Cæſarum, Melitenſium, &c. ſpectantia ad fundationem illius Collegij.

Martyrologium vetus S. Pragenſis Eccleſiæ, quod in Prima Breviarij, ùt mos eſt, in Choro in Eccleſia Pragenſi quotidie legebatur.

Liber M. S. Meinhardi Baronis de Novadomo Electi Epiſcopi Tridentini, cui titulus Laus Mariæ, vetuſto & eleganti charactere deſcriptus.

Acta Facultatis Philoſophicæ Carolinæ, Univerſitatis Pragenſis, in grandi Volumine membranaceo ab origine Univerſitatis ab Anno 1348. uſque ad Annum 1608.

Bartholomæi de Drahonicz Equitis Bohemi Catholici, Hiſtoria ſui temporis. Vixit autem ſub Regibus Wenceslao & Sigiſmundo, & bellis Ziſkianis interfuit, quæq; vidit, ſummâ fide & candidè memoravit.

Pauli Zidek Canonici Pragenſis, & deſignati Epiſcopi Litomiſslenſis, ac fortiſſimi Fidei Catholicæ ſub Georgio Rege hæretico Confeſſoris, Chronicon minus. Item ejuſdem ad eundem Regem

Codex de bona Regni gubernatione, quo ejus errores oſtendit, Scriptus A. 1470.

Admonitiones ad Populum Bohemiæ, tempore Peſtis, Adami de Winorze Metropolitanæ Eccleſiæ Prag: Præpoſiti, cum præfatione Zbignæi Berka Archiep. Pragenſis A. 1599.

Manuſcripta Hiſtoria, vel potiùs Apologia Wilhelmi Slavatæ S. R. Imp. Comitis, Equitis Aurei Velleris, Supremi Cancellarij Regni Boh. aliquot grandibus Voluminibus, de rebus ſui temporis, præcipuè in Bohemia geſtis.

Hactenus Authorum nomina, quæ ob eam præcipuè cauſſam deſcripſi, nè quis me authoritate legitimâ deſtitutum Hiſtoriam confeciſſe exiſtimet. Sunt (fateor) inter eos nonnulli à Religione Noſtra alieni Scriptores, ſed pauciores, quos ego quaſi ſecundarum partium ſubſcriptores identidem Noſtris appono. Ab hoſte validiſſimum eſt teſtimonium Veritatis. Manuſcripta *quæ in hiſtoria citantur γνήσια, & proba ſunt; Virorum magnorum, & Catholicorum, quódq; caput eſt:* ſuorum temporum acta ſcribentium, *adeóq; verè ac propriè appellandi* Hiſtorici *ſunt* οἱ τῶν πεπραγμένων συνίστορες καὶ συνειδότες. Litteræ *quas cito, pleræq; omnes* in Originali, *ùt vocant, à me viſa, lecta, deſcriptæq; ſunt.*

PROTESTATIO SCRIPTORIS.

Cùm SS. D. N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martij, 1625. Decretum ediderit, idémq; confirmârit die 5. Julij A. 1635. quo inhibuit imprimi Libros Hominum, qui Sanctitatis ſeu Martyrij famâ celebres è Vita migraverint, geſta, miracula, vel Revelationes, ſeu quæcunque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſinè recognitione atque Approbatione Ordinarij, & quæ hactenus ſinè ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata. Idem autem Sanctiſſimus die 5. Junij A. 1641. ita explicuit, ut nimirum non admittantur Elogia Sancti vel Beati, abſolutè, & quæ cadunt ſupra perſonam; bene tamen ea, quæ cadunt ſupra mores & opinionem cum Proteſtatione in principio, quòd eis nulla adſit authoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantùm ſit penes Authorem.

Huic Decreto, ejúſque confirmationi & declarationi, obſervantiâ ac reverentiâ quâ par eſt inſiſtendo, profiteor me haud alio ſenſu, quidquid in hoc Libro de Vita rebúſq; geſtis Arnesti I. Pragenſis Archiepiſcopi refero (ſive ea Miracula, Revelationes, Gratias, Virtutes, Beatitudines, ſive alio quocunque nomine ipſum Arnestum, ejúſque geſta nominem & appellem) accipere, & accipi velle, quàm quo ſolent, quæ humanâ duntaxat, privatâ & hiſtoricâ authoritate & fide, non autem divinâ Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, & S. Sedis Apoſtolicæ, nituntur: ijs tantummodo exceptis, quos eadem S. Sedes, Sanctorum, Beatorum, aut Martyrũ Catalogo adſcripſit.

Illud præterea adjicio: omnia & ſingula, quæ hîc ſcripta ſunt, judicio Eccleſiæ Romanæ, cujus in ſinu vivo & morior, à me omnino ſubjici; adeò ut ſi quid ejus ſenſui (imò etiam communi in eadem Eccleſia Doctorum opinioni) adverſum legatur & inveniatur, indictum, deteſtabile, & non meum, velim haberi; paratus in omnibus ab eadem Eccleſia regi, duci & judicari.

De